Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1723
Quelle:
Copyright:

Beate Marie virginis in Luna (Laun) in causa, quae inter ipsas et *quendam Paulum de Zinnbergh* coram *Abbate Monasterij de Altouado* (Hohenfurt) *Pragen. dioc. Ordinis Cystercien.* versatur. Dies XII. *Jan.* Testes *Frater Paulus Professus Mon. sancti Clementis* (O. P.) *Civit. Pragen. sacre Theologie professor*, *Vrbanus Ciuis Minoris Civit. Pragen. Johannes seruitor ipsius Monasterij.* Notarius *Wenceslaus natus Wenceslai de noua pilzna*, cujus etiam Signum adpictum.

CCCCXXXVII.

942 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 384. 8. non una manu exaratus, et quondam noti Sacerdotis *Wenceslai Rossii* continet sequentia: I. Expositionem brevem *Symboli Apostolorum*, singulis Articulis adtributis singulis Apostolis, hoc initio: *Credo in deum patrem* &c. *Quod autem sic confiteri deum patrem et credere tenemur, obligat nos dictum ipsius* &c.

II. *fol.* 5. p. 2. Expositionem orationis dominicae, cui praenotatum: *Magister Hus sic scripsit in carcere.* Incipit: *Christianus debet scire orare* &c. et habetur T. I. *Opp.* edit. 1715. p. 39. f. Quid, si praecedens Expositio pariter illius sit?

III. *fol.* 6. p. 2. Observata quaedam *de Fide*, *de Dimissione Peccatorum*, *de Abrenuntiatione temporalium*, *de Antichristo* &c. levis momenti, sed ex *Hussi* Scriptis, ut videtur, elicita.

IV. *fol.* 13. Narratio *bohemica* de Morte ejusdem, jam *Cod.* a nobis non uno relata.

V. *fol.* 26. p. 2. Expositio *Decalogi* incipiens: *Sequuntur X. Precepta.* Primo non est addita explicatio; itaque folium intercidisse puto. Explicatio secundi incipit: *Nota dupliciter peccamus contra preceptum istud. primo iurando mendaciter* &c.

VI. *fol.* 29. *De communione spirituali et sacramentali integra sub duplici forma panis et vini communitatem plebium concernente.* Infit: *Saluator noster dominus ihesus noui testamenti institutor* &c. Congeries locorum Scripturae et PP.

VII. *fol.* 41. *De Simonia.* Infit: *Symonia est studiosa voluntas emendi uel uendendi aliquid supernaturale* &c.

VIII. *fol.* 49. Sententiae variae ex *Augustino*, et *Dicta* ethica lecta ex Antiquis.

IX. *fol.* 59. Loca *Matthaei*, *Pauli*, *Thomae Aq. Cypriani* et *Gelasii* ad probandam Calicis necessitatem rhythmis *bohemicis* reddita et jam *Cod.* praeced. indicata hoc initio:

Otazka nynie takowa byezi &c.

X.